



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

335. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

ponere. Quod si ambæ partes ita inter se dissentient ut nullatenus ulla pars alteri cedere velit, elegantur duo ex ipsis, qui cum scutis & fustibus in campo decentent, & campioni, qui vicitus fuerit, propter perjurium dextra manus amputetur. Ceteri vero falsi testes manus suas redimant. Duæ partes ex hoc persolvantur qui calumniatus est, tertia pro fredo. Et hoc in seculari causa. In ecclesiasticis vero, ubi de una parte seculare, de altera ecclesiasticum negotium est, idem modus servetur. Ubi autem ex utraque parte ecclesiasticum, si se rectores pacificare non possunt, advocati eorum in malo coram Comite causas suas prosequantur. Testes autem de ipso comitatu esse debent.

De eadem re. *Vnde supra, cap. xxxii.*

**CCC XXXV.** Optimus quisque in pago vel civitate in testimonium assumatur, & cui is contra quem testificari debet nullum crimen possit inferre.

Lib. 3. Capitular. c. 32.  
Addit. Karoli M. ad Legem Salicam c. 11.  
Lib. 2. Leg.  
Longob. tit.  
§1. c. 3.

De eadem re. *Ex eodem, cap. lii.*

**CCC XXXVI.** Ut testes ad testimoniū dicendum præmio non conducantur. Et nullus testimonium dicat nisi jejunus. Et ut testes, priusquam jurent, separatim discutiantur quid dicere velint de illa re unde testimonium reddere debent.

Lib. 3. Capitular. c. 52.  
Lib. 2. Leg.  
Longob. tit.  
§1. c. 6.  
Burchard. lib.  
16. c. 35.

De eadem re. *Ex Concilio Agathensi.*

**CCC XXXVII.** Eos qui falsè fratribus suis capitalia crimina objecisse convicti fuerint, placuit eos usque ad exitum non commu-

Concil. Are-  
lat. 2. c. 24.  
Lib. 6. Capitular. c. 241.  
Burchard. lib.  
16. c. 34.